


3185

## LITURGICI

3186

porro *Codici* summum splendorem conciliat, *Icones* sunt XLII. Vitam, Passionemque Servatoris coloribus elegantissimis repraesentantes, quarum illa, quae fol. 60. vifitur, Piëtoris, ut arbitror, *μονογραμμα* hac figura  exhibit. In ultima magna hominum omnis conditionis multitudo genuflexa quinque *Christi* Stigmata veneratur, quos inter eminentem *Albertum* Card. quivis facile agnoscat, cui alterutra Ejus imago ab *Alberto* *Durero* aeri incisa nota fuerit. Margines singularum Iconum adornant *Figurae* V. T. Mysteriis depictis *ἀναλογαι*. In fronte *Codici* legas: 1623. *Solamen spei patientia. Hunc librum æterni amoris fidelitatisque perfectæ signum Sacrae Casaræ Majestati D. Clementissimo dono dedit. Sacri Rom. Imperij Princeps Elector per Germaniam Archicancellarius Jo. Suicardus* (de Cronberg) *Archiepiscopus Moguntinus. Haec Ferdinando II. manu propria Princeps cum maximis ævi sui comparandus, ut adpellatur a G. Chr. Joannis in Suppl. L. V. Rer. Mogunt. Nic. Serarii T. I. P. 2. p. 932.*

DCCCCL.

509 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 176. 4. nitide scriptus continet: I. Meditationes de Vita et Passione Servatoris in XXIV. Diei Horas distributas hoc titulo: *Das andechtig Zeitglöcklein des leben vnnnd leidens Christi nach*

*den XXIIII. Stunden ausgetailt. Exponitur praevis modus utendi, et ipsa Mysteriorum in Horas Divisio, hoc initio: Difes Buechlein ist nicht anders, dann ain andechtige betrachtung darzu sich der Mensch mit allem vleis schicken soll &c. Lucem vidit Ulmae. 1493. 4.*

II. fol. 133. Meditatio de sacrificio Missae hoc titulo: *Die betrachtung von der mess anfachtent von der menschwerdung Christi. Initium: Das conuitor das ist die offen peicht bedeuitt die predig sand Yohanns des tauffers &c.*

III. fol. 146. Farrago piorum Exercitiorum, puta: Meditatio de Nativitate Christi; VII. Missae multum proficuae *Gregorio* M. ut adseritur, revelatae, et a. 1411. quo nullus hoc nomine Pontifex, ab *Innocentio* confirmatae; Orationes in magna afflictione per Triduum dicendae; demum Orationes quaedam ad SS. Trinitatem et Divinas Personas compositae pro Duce *Wilhelmo* *Bavaro* anno 1531. qui annus lapsus Cl. *Lambecii* Codicem hunc L. II. *Comment* p. 809. edit. *Kollar. col. 642. Maximiliano* I. Imp. tanquam *carissimum* tribuentis manifestat. Neque *insignem* facile cum eo dixero; non desunt enim saltem in postremis levia quaedam et superstitiosa.

DCCCCLL

Codex membraneus germ. Sec. 95<sup>a</sup> XVI. Folior. 524. 4. caractere gran-

U u 3